Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

purpura et induerunt eum vest
mentis suis. et educerunt illum ut cru
cifigerent eum. Et angariauerunt
pretereuntem quendam simonem cyre
neum venientem de villa primum alex
andri et tulerunt ut tolleret crucem
eius. Et perducerunt illum in golga
tha locum: quod est interpretatum cal
uarie locus. Et dabant ei bi
bere mixtum vino et noluit
bibere. Et cum crucifixerunt eum diui
serunt vestimenta eius mittentes
sortem super eis quis quid tolleret. E
rat autem hora tertia et crucifixe
runt eum. Et erat titulus cause
eius inscriptus rex iudeorum. Et
cum eo crucifixerunt duos latrones.
unum a dextris. et alium a sinistris
eius. Et impleta est scriptura
que dicit. Et cum iniquis deputatus
est. Et pretereuntes blasphemabat
eum mouentes capita sua et
dicentes. Vah qui destruis tem
plum dei: et in tribus diebus reedi
ficas. Saluum fac temetipsum: de
scendens de cruce. Similiter et summi sa
cerdotes illudentes ad alterutrum
cum scribis dicebant. Alios saluos
fecit: seipsum non potest saluum facere.
Christus rex israel descendat nunc de
cruce. ut videamus et credamus.
Et qui cum eo crucifixi erant con
uituabant eum. Et hora sexta: tenebre
facte sunt super totam terram usque
in horam nonam. Et hora nona
exclamauit ihesus voce magna
dicens. Heloy. Heloy. lamazabat
tani. Quod est interpretatum. De
meus. Deus meus. ut quid dere
liquisti me. Et quidam de ibi
stantibus audientes dicebant. Ecce
helyam vocat iste. Currens autem
unus et implens spongiam a
ceto. circumponensque calamo po
tum dabat ei dicens. Sinite videa
mus: si veniat helyas adiuto
rium eum. Alius autem tollens vo
ce magna expirauit. ✠ Et ve
lum templi scissum est in duo a sur
sum usque deorsum. Videns autem cen
turio qui ex aduerso stabat. quia
sic clamans expirasset ait. Vere
hic homo filius dei erat. Erant
autem et mulieres de longe aspi
cientes. Inter quas erat maria
magdalena. et maria iacobi
minoris et ioseph mater et salo
me. Et cum esset in galylea sequ
bantur eum et ministrabant ei. Alie
multe que simul cum eo ascen
derant in iherusalem. Et cum iam sero
esset factum quia erat parasceue
quod est ante sabbatum. venit io
seph ab arimathia nobilis
decurio. qui et ipse erat expectans
regnum dei. Et audacter intro
uit ad pylatum: et petiit corpus
iesu. Pylatus autem mirabatur
si iam obisset. Et accersito cen
turione interrogauit eum si iam
mortuus esset. Et cum cognouisset a centurione donauit
corpus ioseph. Ioseph autem
mercatus sindonem et deponens